

Laur. Padianus 202 1.45-48 *Expositio in T. p. 1. 45*

not. Festa triumphalis per Pisaros facta de captione Tertm 1785
et civitatis Maioricarum et aliarum civitatum et de
triumpho habito contra Gannenses.

Ad memoriam habendam curae fuit no-
bis ea scribere, quæ Deus omnipotens
per Pisanum populum dignatus est
efficere. Anno igitur dominice in-
carnationis millesimo nonagesimo
nono, ecclesie Romanæ præsidente
Romano papa Urbano ^{secundo} Pisa-
nus populus in navibus centum
viginti ad liberandam Jerusalem
de manibus paganorum profectus
est. Quorum rector et ductor Tai-
bertus Pisanæ urbis archiepisco-
pus exiit, qui postea Ierosolymi-
tis factus patriarcha remansit.

Proficiscendo vero Lucatam_x et Cepa_z f. aut s. con.

Ioniam urbes fortissimas expug-
nantes, expoliaverunt, quoniam Tero- qm

solymitanum iter impedire consue-
verant. In eodem autem itinere
Pisanus exercitus Maiam urbem
fortissimam cepit, et Laudociam cum
Boamundo, et Gibellum cum ipso,
et Raymundo comite Sancti Regi-
dii obsedit. Inde igitur digressi ve-
nerunt Ierosolimam, quae anno
millesimo centesimo a Christia-
nis capta fuit et retenta fuit. Ibi-
que Pisani morantes per aliquam